www.e-rara.ch

# Rapsodie historiarũ Enneadum Marci Antonij Loccij Sabellici Ab orbe condito Ad annum Salutis humane 1504. ...

**Sabellicus, Marcus Antonius**

**Paris, 1509**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: IV B 20 | G - IV B 20: a | G

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-70270

M. Antonius Sabellicus Leonardo Lauretano serenissimo Venetiarum principi felicitatem.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## M. Antonius Sabellicus Leonardo Lauretano Serenissimo Venetiarū principi felicitatē

PLATO: vir ille summus: humanæq; sapientiæ antistes Serenissime prīceps:
nihil in terris esse credidit: nihil in gētibus q̃ ipsas colūt terras: q̄d Deo opti-
mo maximo magis curæ esset propiusq; respiceret: q̃ eam rēpu. quæ moribꝰ
esset & legibus optime instituta. Id verissimū esse: quū aliis suoꝝ tēpoꝝ no-
uitatibus variisq; casibus experta est Veneta ciuitas: tum hac demū tēpesta
te nihil obscura ꝑdicatione testati & potuit & debuit. Nā vt oīs retro memo
ria repetat̄: vel ab ipso vrbis primordio: nullū quod sciā tēpus fuit vnq̄: quo
res Veneta maiorē in principe sapientiā reqreret: maiorē fidē: constantiā: integritatē q̃ hoc ipsum
in quod tuus felix incidit principatus. Erant in mari res Venetæ parū lætæ. Italia prioribus bellis
concussa: recentibꝰ affligebat̄: impēdentibus erāt obnoxia: vt nihil magis difficile videret̄: q̃ rem
sisti posse. quæ plus nimio prona esset in lapsum. Sed affuit cœli ꝓuidentia: teq; magno optimatiū
consensu: oīm ordinū studio: totius ciuitatis voto reip. gubernaculo admouit: vt esset per quē Ve
netū nomen nō solū suo cōsisteret vestigio: sed insigniter etiā augeret̄. Audi Lauretane prīceps mi
tissime: ac patienter quęso audi: quis de tua pulcherrima administratione sit hoīm sermo: quæ ho-
die existimatio. Tu vero per te tuūq; geniū rogatus noli hęc quæ ex officio scribunt̄ opinari in gra
tiā a me ad tuā sublimitatē scribi: nam adulari nescio: nec si sciā velim: ac si vtrunq; adsit nullus vt
arbitror apud te ista sapientia principē relinquit̄ eiusmodi vitio locus: nemo fuit tertio ab hinc an
no quū de nouo principe creando ageret̄: qui non dignitatē istā tibi votis astrueret: qui adepto nō
felicē & diuturnā optaret. Fuitq; illud non hoīm studiū: sed auguriū præsagiumq; optimę admini
strationis quæ postea secuta est: qua nulla equidē sāctior institui potuit: nulla Venetę ciuitati: vni
uersæq; reip. salubrior. Ius oībus æquatū: temploꝝ sanctitas defensa: Cerimonia vindicata: Sicario
rū vis siqua fuit: cohibita est: iudicia instaurata: oīs forensis licētia cōpressa: cætera domi sanctius
instituta: foris tua felicitate defensa & aucta: sociis regibus suus honor habitus: subiectis ciuitati-
bus clæmenter: vt semper imperatū: nulloꝝ preces non benigne & mansuete audite: per quæ faci-
le consecutus es sapientissime princeps: vt non homo aliquis: hominūve suffragio credaris in isto
dignitatis fastigio constitutus: sed felix quidā Deus e cœlo missus: qui pace rem Venetā æquitatē
& innocētia tuereris: bello prudentia & felicitate augeres: qui patriæ esses saluti: tuis laudi: oībus
documento: q̃ bene recēs hoc decus in Lauretana sit domo collocatū. Enīuero quū ex vna patricia
gente pene plures classiū pręfecti fuissent: q̃ ex vlla alia trierachi: essetq; nullus ferme locꝰ totis Ita
liæ littoribus: aut qua internū mare ad meridiē & ortū excurrit: vbi non tui maiores suaꝝ virtutū
vestigia impressérint: nescio quo casu accidit quum tanta virorum indoles oīmi tempore in vna do
mo effulserit: in tam longa ducū serie: quę vrbis huius originibus ꝓpemodū agnata est: nulli tamē
tuoꝝ istud decus contigit. Dixi ego istud casu accidisse: sed veriꝰ ꝓuidētia dixissē: vt tu Leonarde
princeps inclyte primꝰ in tua gēte nouū hoc sortireris decus: q q̄d nullus fortasse tuoꝝ maioꝝ po-
tuisset præclarū tuæ ciuitati spectaculū exhiberes: vt quātū illi foris virute: fide: felicitate: Veneto
nomini ꝓfuerūt: tātū tu illoꝝ æmulus domi: pietate: cōsilio: & innocētia ꝓdesses: qui in oī laudū ge
nere eo maior videris q̃ auoꝝ quisq̄: quāto excelsiore loco tua est laus q̃ illoꝝ sita. Sed ista præclara
admninistratio laudesq; tuę iucūdissime princeps: aliud tēpus requirūt: aliū locū: vt cōmodius di-
cātur. Nūc siquid ab intentissima reip. cura quę te sibi pene totū vendicat: dat̄ ocii: ne graueris pre
cor has tres nouissimas nostræ Rapsodiæ Enneades cognoscere: quas septē illis: quarto ab āno edi
tis: adiicere fuit curæ: vt oēs oīm gentiū res a prima mundi origine ad hæc tēpora velut vna spectē
tur tabula. Cōtinet supremus hic operis labor mille circiter & octoginta annoꝝ historiā a Venetę
vrbis origine ad sacrū annū: quē Alexander sextꝰ celebri pioꝝ cōuentu nuper solēnē christiano no
mini fecit. Etāq; hic ego demū ab longissimæ historiæ cursu iucūdissime princeps quieturus: ceu lō-
gissima aliqua nauigatione fessus portū tenuissē diu antea optatū: ni tuus felicissimꝰ principatus:
q in eum annū incidit: qui celebrē illū ab Alexandro cōditū est ꝓxime secutꝰ: & ea q̃ deinceps hoc
biēnio sūt in Italia insigniter gesta me ad stilū reuocassent: q̃ quū eiusmodi sint vt nō solū honęste
in amplissimo hoc historiaꝝ theatro sedere possint: sed ꝓsidere etiā: nihil ab re sum mihi visus face-
re ꝙ ex his velut appendicē quandā his nostris enneadibꝰ astruxi. Erit spero hæc lectio in vniuersū
tuæ serenitati non iniucūda: vel ꝙ res venetæ sępius intercurrunt: sūt eni extrariis insertæ: & ī his
tuoꝝ decora: ac quędā etiā ad tuā solius laudē ꝑtinentia: vel quia hoc quicquid est tibi princeps feli
cissime inscribit̄: vt si aliquādo publicū dabit̄ sortiri: tuo nō alterius noīe sortiatur. Vale.